



Occasionalia VI-181
potissimum carmina
vol. F. 21. ~~21~~

Centur. ~~21~~ quing.

VI-181.

Ung VI 181



LAVREAM PHILOSOPHICAM
VIRO

Nobilissimo et clare docto

**IO. SIGISMUNDO
HANNAVERO,**

Sacrosanctae Theologiae Cultori
indefesso,

in

Alma Leucorea

d. XVII. Octobr. A. R. O. clo lo CCXIII.

dignissime collatam,

gratulantur

Patroni et Fautores.

VITEMBERGAE,
PRELO SCHROEDERIANO.



On sine laude diu Clariis uersatus in
hortis,
Viuida de lauru ferta uirente
geris.
Georg. Frid. Schroeer, D.

Non piger egregias didicisse fideliter artes,
Quae poliunt animos hominum, uilique
popello
Distinguunt; meriti titulos nunc sumis honores.
Hi stimulent mentem cupidam, et calcaria sub-
dant!
Sicque per eximias ibunt praeconia laudes.
C. H. Horn, D. Ordinarius.

TE certasse docet, quae Te nuncl aurea cingit.
Nam nisi certanti nulla corona datur.
M. H. Gribner, D. P. P.

Quod felix faustumque **T**IBI sit et utile do-
num,
In **T**E collatum, **F**AUTOR **A**MANDE, precor.
gratulab. dabat
Ernestus Christianus Schroederus,
Math. Inf. Prof. Publ. et h. t. Ord. Philos.
DECANVS et Comes Palat.
Lipfia

Lipsia te docuit, lauru Viteberga coronat,
Patria quam primum mumerata digna dabit.

l. mque f.

Io. Christoph. VVichmannshausen,
LL. OO. P. P.

I, cape promeritos dudum uirtutis honores,
Quos Sophie donat, quos Pietasque Tibi.
Sis felix, crescasque nouis accessibus, opto,
Semper et ex animo prosperiora fluant.

A. Brendelius, Med. D.
Prof. Publ.

Quis fugiet titulos propter conuitia uulgi?
Non manet intactus Jupiter ipse malis.

Ergo mendaci rumpantur ut ilia Momo
Praemia Phoebus habet, carmina Musa mea.

*Haec honori Nobiliss. Dn. Candidati
dabat*

Dav. Theod. Lehmann, P. P.

Cum Tua Te uirtus ornet, nec Pallas honores
Deneget, officio est utraque functa suo.
Perge, nec est dubium mihi, quin Tibi gloria
tandem

Summum sit laeta fronte datura gradum.

*Nobilissimo Domino Candidato ho-
nores mox impetrandos gra-
tulabatur*

M. Fridericus Strunzius,
Ord. Philos. Assessor, &
SS. Theol. Cand.

Num-

CAdmaea surgit messis, ubi cadit
De gratiosae munere dexteræ
Aurum, renascentisque laudis
Frontis apex sua signa monstrat.
Dat Musa laurum donat et aureum
Facunda ramum, sollicitus labor
Pensatur auratis Dearum
Muneribus memorique uoto.
Sic auspiciatis ominibus cape
Felicитatis munera publica.
Vis pulchra mentis tendat ultra
Pierii iuga culta montis.

*De nouis in Philosophia honoribus
CL. Magistro congratulatur*

M. Io. Godefr. Leschnertus,
Fac. Phil. Affect. & SS. Theol. Cand.

NUmmnam TE poterit, cui praemia debita Vir-
tus

Decernit, studii poenituisse Tui?
Praeclaris famam pergas extendere factis,
Sic post haec maior tempora cinget honos.

Ita nouet

M. Io. Herm. von Gschwich/Ord.
Phil. Affect. & SS. Theol. Cand.

PRO sudore tenes iam felix culmina Pindi,
Virtutisque capis praemia digna Tuæ.

dixit

M. Io. Fr. Wichmannshausen,
Facult. Philos. Affectior.

✻ (○) ✻

Ung. VI 181

1018

V517



LAVREAM PHILOSOPHICAM
 VIRO
Nobilissimo et cla
 IO. SIGISM
 HANNAV
 Sacrosanctae Theolo
 indefesso
 in
 Alma Leu
 d. XVII. Octobr. A. R. C
 dignissime co
 gratulant
 Patroni et F

VITEMBE
 PRELO SCHRO

